



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 103. Polus Cardinalis ultro Legationis insignia deponens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

„cessarii jactura plectatur. His dictis **Sæcul. XVI.**  
 Regina Apostolicas literas afferri, eas- **A.C. 1557.**  
 que adhuc occlusas in quadam cista  
 fedulo asservari præcepit.

## §. CIII.

*Polus Cardinalis ultro Legationis in-  
signia deponens.*

Attamen quamvis Regina, ne Pontifi- **Cacon. in  
cis literæ Polo innotescerent, om-  
nem adhiberet cautelam, ac studiose <sup>vit. Pontif.  
tom. 3.</sup> p. 636. in  
Pauli IV. jussa eidem sollicite celaret, <sup>vita Pol.</sup>  
res tamen hæc nequaquam tam reli- <sup>pag. 865.</sup>  
giofo premebatur silentio, ut Poli Car- <sup>& in vita  
Gniel. Peyti.</sup>  
dinalis notitiam fugere posset. Refe-  
runt Scriptorum nonnulli, quod hic  
idem Cardinalis præceps Pontificis con-  
filiū, indignamque agendi rationem  
indignatus, ab initio innocentiam suam  
vindicare statuerit, hancque in rem apo-  
logiam acribus omnino, durisque ver-  
bis repletam conscripserit, postquam  
vero illam prope focum relegeret, com-  
motiori animo conscriptam deprehen-  
dens mox in ignem projecerit, hæc  
addens verba: *Non deteges verenda Pa-  
tris tui.* Ceterum licet hujus facti ve-  
ritas dubio exponatur, id tamen certum  
constat, quod Polus, cum submissio-  
nem sibi longe magis proficuam juxta,  
ac gloriosam fore censeret, ultro Lega-  
tionis suæ insignia deposuerit, nec am-**

L 1 2

plius

**Sæcul. XVI** plius crucem sibi præferri passus fuit,  
 A.C. 1557. quinimo speciatim Nuntium Romanum ablegaverit, qui de omnibus hucusque in Anglia gestis Papam certiorem redderet, eidemque sinistram, quam de Cardinale conceperat, opinionem tolleret. Erat hic Nuntius Nicolaus Ormanetus Legationis Datarius, ac postea Episcopus Patavinus, necnon in Hispania Sedis Apostolicæ Nuntius, qui hanc provinciam in se suscepserat. Porro Paulus IV. Pontifex hac Poli submissione delinitus unice Cardinalis indulgentiam carpebat, qua permettebat, ut Regina cum Sacræ Sedis hostibus fœdus iniret. Itaque Polus postmodum Legationis suæ munus exercere prosequebatur, quamvis nec illius insignia, nec nomen præferret.

Interea dum Regina Peytii adventum compererat, eidem significari jussit, quod tunc, si Angliam ingredi præsumeret, non modo ipse, sed & omnes, qui illius auctoritati deferre attentaverint, juxta Regni statuta, atque inter cetera præcipue secundum legem, quæ vocatur *Præmunire*, severè plectendi sint. Hisce minis perterritus Peytius iter suum interrumpere statuit, donec Papam inter, & Hispaniæ Regem pax conclusa esset: demum vero ubi tempestas Cardinali Polo imminens penitus dissipata fue-

fuerat, Peytius Regnum ingrediendi factatem obtinuit, quin tamen ibidem Sæc. XVI.  
A.C 1557.  
ullo legationis suæ munere fungeretur; cum enim Poli innocentiam sibi omnino compertam haberet, ei semper eadem honorum obsequia, uti antea fecerat, præstare continuabat.

## §. CIV.

*Pontificis statutum circa publica colloquia, & Festum Cathedræ D. Petri.*

Interea Guisio Duce Romam adventante Pallav. l.14.  
c. 1. n. 3.  
summus Pontifex paulo post die vigesi- & 4.  
ma tertia Januarii Purpuratorum Senatum Act. Confiss.  
convocavit, in quo declarabat, quod 14. Jan. &  
a vigesima septima Januarii die horis 15. Martii  
pomeridianis quolibet Mense cujuscun- 1557.  
que conditionis homines alloquium pe- Baillet vies  
des Saints  
tentes publice admittere velit, ita ta- tom. 1. fol.  
men, ut Cardinales, Magistratum 18. Jun.  
præcipui, & Judices præsentes assi-  
sterent, ac ipse met, juncta cum ipsis  
opera petentium æQUITATI consulere, de  
rebus propositis deliberare, illataque  
damna reparare valeret. Verum ejus-  
modi Statutum, quamvis utilissimum,  
ac prorsus salutare foret, cum ta-  
men Pontifici, ejusque consanguineis,  
qui plenam regiminis auctori-  
tatem sibi vendicare nitebantur, per-  
molestum accideret, haud diu vigebat,

L 1 3

ac